



Dbl zu
Ren ye 3550
(ye 3161)

XIV. 14^d O. (cat. 4, 35^b)



$\alpha^*\omega$

JANUS BICEPS, CALENDAS

*Proximas Jubilæo Secundo
ACAD. WITTEMB.
PRÆSEFERENS,*

id est,

Omnibus & singulis

CHRISTI JANIS
ANNI M DCCIII,
STRENAM SECUNDAM
operâ tenuissimâ

*Aut. FRIVII,
A, B, C, suffulti,*

utinam

non in secundè,
R E F E R E N S

atque

Nuncupans.

*

IMMORTALIA NE
SPERNAS, monet AN-
NUS, & ALMAM
Cum certis ANNIS re-
meare DIEM sperato
Sæpe, diu J A N I B I-
FRONTIS, dante JE-
HOVAH!

*

Q UO, quo, JANE BICEPS, Rumores
ore recentes

Excipis ad Portas, rursumque audita
per Urbem

Quocunq; in Trivio narras? Sic Tem-
pora BIFRONS,

Et res cum F A M A fers FAUSTA Lu-
CE BEATUS?

JANUS CUNCTIPOTENS novit quid fiat
in Orbe

Toto, quid SERES, quid THRACES
agant furibundi.

Scilicet unda undam, lux lucem, nox
tetra noctem

Sæpe solent salvere proba ausibus Q-
MNIA JUSTO

TEMPORE. Non Mortalis ego MEMO-
RABILE FACTUM

Cnm JANO referam? Cur, Cur non ri-
te CALENDAS

SECLIBIS NONI TERTJAS memorem FE-
LICES?

Hæ sunt, quæ Duo SECLA vehunt,
quæ LUCE MICANTE
Ju-

JUBILA FESTA probant, rebus succurre-
rere fessis
Promptæ, grandævos VATES PIA VO-
TA PRECESQUE
Fundere mandantes, animum terrore
carentem
Mortis, qui studium longa inter munia
ponat
Poscentes merito, completum MENSIS-
BUS ORBEM
ANNORUM dictantes. Sic FASTIGIA
RERUM
SUMMA sequi voluerunt, paucis multa
referre
Multis CHRISTIANIS optarunt MEN-
SE VIRENTE
OCTOBRI. Nondum fuerat sed tem-
pus eundi
Per fontes vel Castralidum Montis ju-
ga celsa,
SACRA persacros ideo jusserunt ferre
labores
Hacce DIE JANUM BIFRONTEM, Gau-
dia mille
Carpe-



Carpere mortales, vastum curâque Vi-
rili

Armorum sonitum superare , cupidine
pectus

Sed justâ munire, animos incognita quô
non

Res hominum turbaret. FESTUM hoc
omnia vincit.

URBIS LEUCOREÆ spatium fit idem,
orbis idemque.

Rumor it & magnum Sermonibus oc-
cupat orbem.

Qstendunt terris hanc tantam FACTA
QUIETA.

Omnia plena D E O. Restaurant otia
mentes

Lassas , quis poterit corrumpere pe-
ctora docta ?

Simplicibus præsens D E U S est , offen-
ditur astu.

Sat bene floruerant segetes , facta area
dives.

Et bene floruerant oleæ , hinc nitidissi-
mus ANNUS

SUC-

SUCCESSIT, largoque humectans flumi-
ne flumen.

Succedat spes exoptata S A L U T I S O-
V A N T I S.

Hicce Novum Vetus Annus ovans
vehat A x e serenum.

Hicce vices tollat, ducentos passibus
Annos

Enumerans paribus, Veteris quæ gra-
tia facti

Stet bene apud memores, & quæ con-
cordia veræ

Virrutis supereft, pietatis facta fe-
rantur

Quæ circum narret, collectas pectore
flamas

Explicit, & laudum conjungat præmia
vitæ.

Ergo memor, Tu quisquis agis vitam,
esto D I E I

Hujus, condignas Jovæ persolvere
grates

Disce pio Exemplo : non Luce hâc
posse carere

Te

Te credas, in idem tempus concurrere
cuncta

Affirmes gratus vacuum jactabis in
orbem

Sermonem nunquam , discrimina millesimorum.
Vinces cum JESU JANO , Jano re-
deunte

Bifronte Axe novo. Novus OMNI-
BUS OMNIA FAUSTA

ANNUS s̄ape ferens eat ac redeat P A.
C A T U S.



Pon Ye 3550

✓

ULB Halle

3

005 036 259



n.c.





*a*ε*
JANUS BICEPS,
CALENDAS

Proximas Jubilæo Secundo
ACAD. WITTEMB.
PRÆSEFERENS,

id est,

Omnibus & singulis

CHRISTI JANIS

ANNI M DCCIII,
STRENAM SECUNDAM

operâ tenuissimâ

Aut. FRIVII,

A, B, C, suffulti,

utrumque

non infecundè,

R E F E R E N S

atque

Nuncupans.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

